

214 Ad Censuras Theolog. Paris.

in sanctos Dei seruos contumeliosus & blasphemus. Atqui historiam vnam notabo. Nulla venia: Neque enim ex loco fieri iudicium Magistris placet.

Aet. 3. b. 12.

Artic. 98.

Annotatio, Miracula non propria virtute hominis fieri, sed Christi in cælo sedentis, docent Apostoli.

Censura, Quanuis Sancti non virtute naturali faciunt miracula, virtute tamen Christi sibi data faciunt, ut patet Matth. 10. a. 1, ubi habetur, Conuocatis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut eiicerent eos, & curarent omnem languorem & omnem, &c.

Pudore ullo teneri Sorbonam, quæ meretrix est ferreæ frontis, valde mirum est. Videmus tamen verecundiæ aliquid subesse, dum pleno gutture sua maledicta euomere non audent. Propositio integra relinquitur. Tantum nescio quid oblique obmurmurant. Videamus tamen quatenus in modestia profecerint: Sanctos dicunt non fecisse miracula virtute naturali. Quid